



Mujeres, Dones, Emakumeak, Mulleres de Grecia y Roma

Gynaikes, Mulieres: Mujeres, Dones, Emakumeak, Mulleres de Grecia y Roma (FCT-21-16887)	
Roma	Autoría: Pilar Pavón Torrejón
República/Alto Imperio	
Ámbito: religión, política	
<p>(...)tum Hispala originem sacrorum expromit. primo sacrarium id feminarum fuisse, nec quemquam eo uirum admitti solitum. tres in anno statos dies habuisse, quibus interdum Bacchis initiarentur; sacerdotes in uicem matronas creari solitas. Pacullam Anniam Campanam sacerdotem omnia, tamquam deum monitu, immutasse: nam et uiros eam primam filios suos initiasse, Minium et Herennium Cerrinius; et nocturnum sacrum ex diurno, et pro tribus in anno diebus quinos singulis mensibus dies initiorum fecisse. ex quo in promiscuo sacra sint et permixti uiri feminis, et noctis licentia accesserit, nihil ibi facinoris, nihil flagitii praetermissum. plura uirorum inter sese quam feminarum esse stupra. si qui minus patientes dedecoris sint et pigriores ad facinus, pro uictimis immolari. nihil nefas ducere, hanc summam inter eos religionem esse. uiros, uelut mente capta, cum iactatione fanatica corporis uaticinari; matronas Baccharum habitu crinibus sparsis cum ardentibus facibus decurrere ad Tiberim, demissasque in aquam faces, quia uiuum sulphur cum calce insit, integra flamma efferre. raptos a diis homines dici, quos machinae illigatos ex conspectu in abditos specus abripiant: eos esse, qui aut coniurare aut sociari facinoribus aut stuprum pati noluerint. multitudinem ingentem, alterum iam prope populum esse; in his nobiles quosdam uiros feminasque. biennio proximo institutum esse, ne quis maior uiginti annis initiaretur: captari aetates et erroris et stupri patientes.</p>	<p>Entonces Hispala reveló los orígenes de los misterios. En un principio había sido un santuario reservado a las mujeres donde se tenía por costumbre no admitir a ningún hombre; había tres días establecidos en el año en los que se iniciaba, durante el día, en los misterios de Baco; se tenía por costumbre elegir matronas por turno como sacerdotisas. Pacula Annia, una sacerdotisa de Campania, había introducido cambios radicales aparentemente por inspiración de los dioses; en efecto, ella había sido la primera en iniciar hombres, sus hijos Minio y Herennio Cerrinio, y además había cambiado el rito de diurno a nocturno y celebrado las iniciaciones cinco días al mes en lugar de tres al año. Desde que los ritos eran promiscuos y se mezclaban hombres y mujeres y se había añadido la permisividad de la noche, no había delito ni inmoralidad que no se hubiera perpetrado allí; eran más numerosas las prácticas vergonzosas entre hombres que entre hombres y mujeres. Los que se mostraban más reacios a someterse al ultraje o más remisos para las malas acciones, eran inmolados como víctimas. No considerar nada ilícito, éste era entre ellos el más alto principio religioso. Los hombres, como posesos, hacían vaticinios entre frenéticas contorsiones corporales; las matronas, ataviadas como bacantes, con el cabello suelto, corrían hasta el Tíber con antorchas encendidas y después de sumergirlas en el agua las sacaban con las llamas intactas porque contenían azufre vivo y cal. Se decía que habían sido arrebatadas por los dioses</p>



Mujeres, Dones, Emakumeak, Mulleres de Grecia y Roma

<p>Titus Livius, <i>Ad urbe condita</i>, Liber XXXIX, XIII, 8-14. The Latin Library: http://www.thelatinlibrary.com/livy/liv.39.shtml</p>	<p>personas que eran sustraídas a la vista atadas a máquinas y precipitadas en cavernas ocultas; eran los que se habían negado a conspirar o asociarse a crímenes o someterse a ultrajes sexuales. Eran una multitud muy numerosa, casi una segunda población, y entre ellos algunos hombres y mujeres de la nobleza. Hacía dos años que se había decidido no iniciar a nadie mayor de veinte años; se hacía la captación en edades más permeables al engaño y la corrupción.</p> <p>Tito Livio. <i>Historia de Roma desde su fundación</i>. Libros XXXVI-XL. Traducción y notas de José Antonio Villar Vidal, Biblioteca Básica Gredos, Madrid, 2001, XXXIX, X. 1-9. 275-276.</p>